

61.

## Analysis.

Circa incarnationis Myſterium multa olim hæſes exorta  
 ſunt, alijs Chriſtum poſt aſumptam humanam naturam  
 in duas non tantum naturas, ſed et Perſonas dividitibus,  
 alijs poſt incarnationem unam tantummodo naturam, unam  
 operationem, unamque voluntatem in Chriſto admittentibus,  
 alijs demum Chriſto tantum corpus humanum ſine mente  
 concedentibus. Qui duas in Chriſto agnoscere, fuerunt Neſtoriani,  
 his ut ſe opponerent S. Cyrillus et qui cum eo catholicè ſentiebant  
 dixerunt Verbum Divinum incarnatum unitum  
 unâ naturâ, atque per hunc modum loquendi, quem et  
 Armeni in ſenſu S. Cyrilli aſumpſere, inciderunt in ſuſpicionem  
 quaſi unam tantum in Chriſto cum Eutiche naturam admitterent,  
 ſed tam S. Cyrillum quam etiam Armenos quam  
 longiſſimè remotos eſſe ab errore, et hæſi Eutichis ex  
 eorum explicatione patet. Nam  
 Inprimis unâ naturâ poteſt ſumi in caſu comorativo  
 Si unus natura nomine intelligatur Perſona, ſeu Hypo-  
 ſtaſis, ſicut ex antiquis plurimi intellexerunt. Sic